Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



adiuuabit eos dns et liberabit eos et eruet eos a peccatoribus
et saluabit eos q̃a sperauerũt in eo Gloria p: Psalmus.
Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira
tua corripias me Quoniam sagitte tue infixe sunt
michi et confirmasti super me manũ tuã Non est sani
tas in carne mea a facie ire tue non est pax ossibus meis
a facie peccatorũ meorũ Quoniam iniquitates mee superuenerũt
caput meũ et sicut onus graue grauate sunt super me Putruerũt
et corrupte sunt cicatrices mee a facie infirmitatis mee
Miser factus sum et curuatus sum usq; in finem tota die con
tristatus ingrediebar Quoniam lumbi mei impleti sunt illu
sionibus et non est sanitas in carne mea Afflictus sum
et humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei Do
mine ante te omne desiderium meũ et gemitus meus a te
non est abscondit Cor meũ conturbatũ est dereliquit me
virtus mea et lumen oculorũ meorũ et ipsum non est mecũ Amici
mei et proximi mei aduersum me appropinquauerũt et steterũt
Et qui iuxta me erant de longe steterũt et vim faciebant
qui querebant animam meã Et qui inquirebant mala michi
locuti sunt vanitates et dolos tota die meditabant Ego
autem tamquam surdus non audiebam et sicut mutus non ape
riens os suum Et factus sum sicut homo non audiens et non
habens in ore suo redargutiones Quoniam in te speraui
tu exaudies me domine deus meus Quia dixi ne quando super
gaudeant mihi inimici mei et dum conmouentur pedes mei super
magna locuti sunt Quoniam ego in flagella paratus sum
et dolor meus in conspectu meo semper Quoniam iniquitatem meã
annuntiabo et cogitabo pro peccato meo Inimici
autem mei viuunt et confirmati sunt super me et multiplicati
sunt qui me oderũt inique Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem Non deliques